

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

## **Jonstoni Historia Naturalis**

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibvs

**Jonston, Jan**

**Heilbrunna, MDCCLVI.**

**VD18 90528921**

Historiae Natvralis De Avibvs Liber IV. De Auibus Aquaticis Palmipedibus.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-11068**



## DE AVIBVS

LIBER IV.

## De Avibus Aquaticis Palmipedibus

TITVLVS I.

## De Palmipedibus Pisciuoris

CAPVT I.

## De Onocrotalo seu Pelicano et Aue

Diomedea.

**O**nocrotalus, qui nonnullis falso avis Diomedea, catarracta lubae, butaurus seu ardea stellaris Porphyrio dicitur quemque diuersum a pellecano Aristotelis Gesnerus facit, Alberto osina, Kiranidi ramphius, Verrio Flacco truio, Isidoro canopus Aegyptius, Aldrouando pelecanus Aristotelis et Oppiani pelicanus uocatur et nomen hoc, quod collum mergens et spirans, quasi ruditum asini edat, sortitus est. Duo ipsius genera Albertus facit, *syluestre* nempe et *aquaticum*, ex quibus hoc duntaxat doctissimi agnoscunt. Videntur tamen et in provincia Manzi in India orientali esse toti albi cum osse supra caput, colore sanguineo, nisi nos Odoricus de Foro Iulii fallit, imo et avis, quam Aelianus Indis celam adpellari scribit, quae est magnitudine triplo maior otide, ore permagno, ingluvie maxima, longis cruribus, summis alis pallidis, caeteris peninis cinericiis, onocrotalus Indicus dici potest.

Descriptio.

Quantum ad *magnitudinem*, uisus Rhodi paulo minor cygno, multo anseris, uisus, cuius longitudo ab initio rostri ad pedes ultimos extensae hominis proceritatem aequabat, ab Aldrouando emtus hominem iustae

staturae non adaequabat tantum, sed uincebat etiam, ideo quorundam pondus ad XXIV. libras duodecim unciarum accedit. *Corpus* habet album. *Rostrum* coloris fusci, rubrum interdum, ut in Machliniensi onocrotalo uisebatur, ualidissimum ac plane osseum, cuius superior mandibula, ut Aldrouandus in Ferraria adlato obseruauit, tres digitos lata, duas spithamas longa. Inferior palmi longitudine superiorem excedit, cum ab interiori parte capitis ortum ducat, superior in curuum quendam hamum crocei fere coloris desinit et intus plantaginis angusti foliae pentapleurii figuram exacte exprimit, extuberantibus per eius longitudinem quinque lineis asperis et oblonga tubercula referentibus. Sub hac insigne quoddam capacissimum membranofum, rugosum et omni fibrarum genere praeditum, coloris fere crocei, percurrentibus ubique maculis nigris, et facile dilatatu dependet ceu uter quidam receptaculum. Ingentis staturae hominem ocreatum pedem usque ad genu immittere in fauces et educere potuisse uidit Perottus, paruulum Aethiopem in eodem inuentum scribit Sanctus. Crura ipsi anserina, prae tanti corporis proportionem breuiuscula. Capitis plumae albae mollesque in radi-

radicibus suis nigrae, in occipitio longiores. *Interiora* si species in eo, quem Aldrouandus describit, quam foeminam esse oua ciceris magnitudine ad septum conspecta ostendere. *Lien* erat rotundus, nucis auellanae magnitudine, aliquanto crassior. *Ventriculus* ex membranis crassioribus constabat, digitos decem longus, duos latus, materia chylosa lutea cum quibusdam quisquiliis et capillis refertus (Gefnerus succum quendam uiridem uermiculis scatentem in suo inuenit.) *Vesicula fellis* in concauo iecoris haerebat et ab ea meatus, uelut canalis, ad intestinum duodenum porrigebatur. *Intestina* sex ulnas longa appendices duorum digitorum longitudinis habebant. *Gula* erat longa, crassiuscula, carnosa, quae subindelator euadens, ubi ad uentriculum peruenisset, comprimebatur. *Cor* maximum. *Ossa* leuia, alba, pellucida et sine medulla. *Vlnae* alarum membrana quadam tegebantur insigni, ex qua tendones uiginti quatuor oriebantur tam tenuiter in eas inserti, ut nullo pacto separari possent.

*Versatur* in aquis piscosis et diffusioribus. Visus in Aegypto a septentrione uersus meridiem tendere. Obseruatae et circa Gazanum Aegypti ciuitatem greges, quae uersus mare uolitabant. Mittitur et a Gallia septentrionali et Marcellus onocrotalum Rauennatem cognominat. Reperitur etiam in Hetruriae maritimis circa Herodis portum et Orbitelli stagnum. Circa Lusannam in lacu Lemano semel tantum anno apparere creditur. Gefnerus in lacu ad Tugium captum commemorat.

*Videtur* in primis piscibus eosque dum uenatur, non toto corpore mergitur, sed collum subinde demittit. Cicuri si libralem (quinque librarum piscis haud magna ipsi esca est) exhibueris, ita inuertit, ut rostro praemisso deglutiat. Deuorat et cum testis conchas easque calore interno intra ingluuiem apertas reuomit et hiantibus iam testis carnem ab ocreis seligit. Solum scili-

cet uisceris habet ductum, qui ab introitu oris ad naturae secreta pertingit. Visus dimidiam endromedem, qua miles unus tegebatur, in se proiectam absorpsisse integram, quae ex gutture interfectae sine iactura educta est.

*Nidum* ex ramulis ad ripam fluminis alicuius uel stagni ponit ibique tot oua anserinis similia, quot cygnus solet, edit foetusque nutrit.

*Volant* nonnunquam soli, nonnunquam gregatim et, cum uolant, sonum alarum cient.

*Vox* ipsi ruditui asini similis, sonum cum edit, rostrum in aquam uel terrae lutum infigit, si Alberto credendum. Dicuntur (Bartholomaeus Anglicus ex Isidoro auctor est) erecto ad coelum rostro accipitrum metu, sed forte falso, dormire et in Lycia ad flumen Xanthum quotannis cum coruis, cornicibus et aliis carniuoris praelium committere. Si uicerint, abundantiam frugum sibi promittunt incolae, si uincantur, ouium, bouum et aliarum quadrupedum foecundum prouentum.

Ingluue ea parte, qua capiti adhaesit, conligata, ad quam eiicientiam Aegyptii piscatores utuntur, qui humiditate conrumpi nequit, multo tempore utilis est.

**A VIS DIOMEDEA**, ab insulis Diomedis sic dicta, de qua multa ueteres fabulati sunt, Seruio, Stephano grammatico et Isidoro ardeae genus est, quibus Salmasius accedit. A Plinio et Solino cum fulicis comparatur. Aldrouandus antennam hodie nuncupari et in insula Sanctae Mariae de Tremiti duntaxat inueniri credit. Cui Dalechampius adstipulatur. Hoc an uerum sit, ex comparatione conligi poterit. *Magnitudine* ista est gallinae satis corpulentae. Color ei fuscus seu cinereus obscurus. Tota fere prone candicat. *Rostrum* est luteum praedurum et aduncum. *Oculi* ignei. *Degit* incauis, ut lucem solis declinet, noctu circa scopulos non longe super aquam

Locut.

Vitis.  
Gefner. in  
Ornithol.

Bellonius  
de Avibus.

Petrus.  
Martyr.  
in Decad.

Genera-  
tio.

Volatus.

Vox.

Praesaga-  
gium.

Vitis.

Aldrou.  
Ornith. 1.  
19. 6. 3.

H. uulph.  
p. 118.  
p. 119.

Salmas.  
Solin. 6. 2.

aquam uolitat. Piscibus uisitat, quos noctu tantum uenatur. In cauernis scopulorum et terra *nidulantur* et uocem uagitiui infantium similem promit. De Diomedeis uero ita Plinius: nec Diomedeas praeteribo aues. Iuba caturustas uocat, eis esse dentes oculosque igneo colore, caetero candidis tradens. Duo semper iis duces, alterum ducere agmen, alterum cogere. Scrobes excuare rostro, inde crate consternere et operire terra, quae ante fuerit egesta. In his foetificare. Fores binas omnium scrobibus. Orientem spectare, quibus exeant in pascua. Occasum,

Plin. H.  
N. l. 10.  
c. 44.  
Solin. Polyhist. c. 2.

quibus redeant. Aluum exoneras subuolare semper et contrario flatu. Vno hoc in loco totius orbis uisuntur, in insula, quam diximus nobilem Diomedis tumulo atque delubro contra Apuliae oram, fulicarum similes. Aduenas barbaros clangore infestant, Graecis tantum adulantur. Miro discrimine, ueluti generi Diomedis, hoc tribuentes. Aedemque eam quotidie pleno gutture madentibus pennis perlucunt atque purificant. Vnde origo fabulae, Diomedis focios in earum effigies mutatos.

## CAPUT II.

## De Laris in genere et in specie de Laro Albo.

Aldrou.  
Ornith. l.  
19. c. 4.

Descriptio.

Larus, quem Augustinus fulicam, alii mergum, herodium, Suidas et alii apud Graecos *λέπρον*, quidam etiam gauiam uocant, ab Aldrouando describitur, quod sit auis a rostri acie ad alarum fere finem duas spithamas longa, capite maximo et crasso ex albo et cinereo uariiegato, pectore eiusdem fere coloris illoque amplo, rostro crasso lutescente in extremo nigricante et insigniter acuto, in cuius superiore parte narium sunt foramina oblonga, rictu amplissimo. Oculi iridem auri instar splendidam niger ambit circulus, hunc albus, album cinereus. Alae ex albo cinereo et ad castanearum colorem simul commistis tendente constant et caudam palmi longitudine excedunt. Cauda cinerea tota. Pedes lutei, posterior digitus satis conspicuus ungue etiam armatus. Corporis est leuissimo et multis ac densis plumis induitur.

Aelian. H.  
A. l. 3. c.  
20.  
Locus.

Vicinus.

Frequentes in locis maritimis, stagnis et fluminibus, cum ingens aliqua tempestas conorta est, *conspiciuntur*. Praeter pisces lumbricis, etiam cochleis, quas sursum raptas ad saxa demissas confringunt, locustis et phalangis, a quibus Tarentinos agros repurgant, *uescuntur*. Delphinos etiam in litora deiectos deuorant. Oliuis denique in Liguria perniciem adferunt.

*Nidulantur* in faxis maritimis, a quibus potabilis aqua manat et bina ternaue oua aestate pariunt. Volant praecipites et faciles leues quippe. Hinc laro apud Homerum Mercurius confertur. Sed et pennae per se aliarum auium leuiiores putantur. Has enim pelamidum piscatores, teste Aeliano, ad hamum lineae adligant, ut propter earum leuitatem ab obcurrente aqua sensim ac leuiter agitentur.

*Amicitiam* cum homine utilitatis gratia, quia piscibus uescuntur et monedula, ut Aelianus prodit, colunt. Malo punico interimuntur. Imminentibus uentis sublimes in aere uolitant et uento sese obuertunt. Copiae piscium capiendae augurium, si ad piscatores retibus piscantes aduolarint, facere creduntur.

Cerebrum lari siccatum et concisum infantibus epilepticis odorandum quidam commendant. Pennae proprietate quadam occulta, simul atque mare intumescit, in puluinaribus etiam eriguntur et decumbentem subleuant.

Inter species larorum est primus larus ALBVS forte gauia peralaba Apuleii, quae super fluctus marinos natat, demergit se prope ad Oceani fundum et gremium. Duo ipsi-

Generatio.  
Arist. H.  
A. l. 5. c. 9.

Afcedin.

Aelian. H.  
A. l. 6. c. 6.

Vus.

*Onocrotalus* sine *Pelecanus*.

*Kreppgans*.

Tab. 46,

*Onocrotalus* *finnia*.



*Larus maior*.



*Pelecanus* sine  
*Plataea*.




*Diomedea* *aur.*



*Larus cinereus*.

*Lappgans*.



*Larus albus*.



*Meb. Mew.*

*Larus piscator*.

*Fischeri*.



*Larus minor* *Sterna*.



*Stein*  
*spyrer*  
*Schnurzug*.

*Larus fidipor*.



*Larus niger*. *Brandvogel*.

*Hindada* *marina*.

*Se Schwalb*.





ipſius ſunt genera, prodente Bello-  
nio, *maius* et *minus*. Ille minor  
eſt cinereo, pulcritudine corporis  
ad columbam accedit, quanquam  
male hanc uincere uideatur. Ni-  
uiſ inſtar candidus eſt. *Roſtrum*  
habet teres, acutum, rubicundum,  
cuius coloris et cauda eſt. Recta  
cruribus inſiſtit poſteriora corporis  
magis eleuata geſtans, ita ut inferio-  
ra in arcum quaſi curuari uideantur.  
*Minor ſummitatem capitis* nigram  
habet, ſtatim atque frigora ingruere  
incipiunt, in mediterraneis locis  
ſupra flumina uolitans adparet et  
caeteris in uolando diutius perſeue-

rat. Captus intra biduum fere ci-  
curatur facileque nutritur, inteſti-  
nis nempe, carne et piſcibus. Adeo  
clamoſus eſt, ut aerem clamore ſuo  
percellat. Videtur eſſe Turneri et  
Geſneri cephus, qui ex illius de-  
ſcriptione eſt auis marina, magni-  
tudine monedulae, ſed alis acutio-  
ribus et longioribus, colore tota al-  
bo, excepto nigro, quem in capite  
gerit, cirro, roſtro etiam et pedi-  
bus puniceis. Diutino clangore  
deſtigata tandem keph profert.

Schvvenkfeldius lari albi facit  
mentionem cum ca-  
pite rubeo.

In Ania-  
rio Sile-  
ſiae.

CAPVT III.

De Laris Cinereis, Piſcatore, Nigro, Sterna  
et Fidipedibus.

**L**ARORVM CINEREORVM  
tria ponit inprimis Aldrouan-  
dus genera.

*Primum* columbam magnitudi-  
ne parum ſuperat, colore undique  
eſt albo, in dorſo tantum et alis ci-  
nereo. *Caput* ſupremum macula  
nigra utrinque ad extremum oculi  
angulum inſigne omnino candicat.  
*Roſtrum* habet longiuſculum et ali-  
quantulum, uelut armatum, intror-  
ſum ad inſtar thecae eius, in qua  
nouacula reconditur, cauum, colo-  
re corneo. Os interius totum et  
linguam, cuius extremitas biſida,  
rubentia. Ora extrema palpebra-  
rum rubra inſtar circuli oculos exor-  
nat. *Crura* interdum rubent, in-  
terdum fulceſcunt. *Digit*i mem-  
branis rubris ſepiuntur. Poſterior  
*pedis* digitus aciculae caput non ex-  
cedit. Credunt quidam pennas ca-  
pitis a Martio menſe per trimeſtre,  
quo tempore ſoboli dant operam,  
nigreſcere. Reliquis nouem menſi-  
bus candidas eſſe. *Interiora* ſi ſpe-  
ctentur, *gula* ampliſſima uentricu-  
lo longiuſculo, craſſiuſculo, cuius  
interior tunica craſſa rubra eſt, prae-  
ponitur. *Hepar* maximum flau-  
icans bilobium, *uentriculum* infra  
amplexatur, ſupra cor mucrone re-

cipit. *Lien* eſt longiuſculus, ſangu-  
inei coloris. *Fel* uiride. *Veſicula*  
in hepate continetur et inteſtino  
ramulo iungitur. Ad inteſtinum re-  
ctum appendiculae binae graciles  
et tenues antrorſum reflexae ſpectan-  
tur. *Veſcitur* piſcibus, inſectis pa-  
luſtribus, muſcis et conchulis. *Ni-  
dulatur* in denſis piſcinarum et la-  
cium arundinetis. Maio et Iunio  
menſibus *oua* quinque columbinis  
paulo maiora parit.

*Alteri*, quod uix ſpithamam ex-  
cedit, dorſum et alae ſunt coloris  
leucophaei ad caeruleum quodam-  
modo uergentis. Roſtrum pro pro-  
portione corporis exilius, arcuatum,  
nigrum, pedes, tibiae membranae  
que digitos interſepiens coloris  
crocei.

*Tertium* eſt capite nigro, roſtro  
recto et in fine acuto, coloris mi-  
niacei, oculis et pedibus eiſdem  
coloris, coſtis alarum et remigibus  
albis, dorſo et in reliqua parte ci-  
nereis.

Larus PISCATOR circa Ar-  
gentinam priuatim Fiſcherſein di-  
ctus, circa Oppenheimium ſel, mi-  
nor eſt laro cinereo, uertice nigro,  
roſtro et cruribus e fuſco pallidis,  
totus albicans. *Volatus* eſt celer-

Schvvenk-  
feld. in  
Aniario  
Sileſiae.

rimi et, dum pisces captat, etiam in aquam se mergit.

Larus NIGER a colore sic dicitur. Quamvis enim sit alis cinereis ultra caudam extensis, cruribus leui rubore notatis, oculis ex fusco purpurascens, rostro tamen, capite, collo, pectore et uentre nigrescit. Schvvenkfeldius ipsi crura et pedes latiusculos rubentes nigricantibus transuersim antierius maculis adscribit et nidum in arundinibus piscinarum suspendere ac mense Maio parere addit.

Quam Turnerus STERNAM adpellat, marinis laris ita similem esse, ut sola magnitudine et colore ab illis differe uideatur, minorem duntaxat et paulo nigriorem adiciit.

Schvvenkfeld. in  
Anuario  
Silesiae.

Tempore, quo parturit, improbe clamosa est. Apud Frisios dicitur esse uertice nigro, rostro et cruribus rubidis.

Larorum FIDIPEDVM duo sunt genera. Vnum alis longis, utpote quae trium fere digitorum longitudine caudam exsuperant. Cui oculi, caput, collum, rostrum sunt nigerrima. Pedum digiti insignibus mucronibus armantur. Alterum breuibus, cui magnitudo merulae, caput nigrum, alarum costae albescens, pennae sub cauda candicantes, pedes rubescens, digiti, membranae quodam rudimento interiecto quatuor.

#### CAPVT IV.

#### De Catarracta et Ceppho.

Catarracta Aristotelis et Oppiani ex eo, quod cum impetu ad praedam capiendam decidat, ex huius descriptione auis est instar larii minoris, sed robustior, colore candido et accipitri palumbario similis, ex Aristotele accipitre minor, gula ampla et lata. Aldrouandus auem rostro acuto, crasso, supra non modice adunco, prone per alas, dorsum Baetico, albo et luteo mixtis uarietatem, supine totam albam maculis Baeticis distinctam, tibiis, pedibus et membrana eos intersepiente cinereis ponit. In mari uisitat, sed et scopulis, litoribus et petris, quas choerades uocant, supra aquam eminentibus infidet. Pisces captat exiguos. Vbi uero natantes conspexerit, (perspicacissima enim est et uel ad fundum usque maris) altius subuolet et contractis omnibus pennis quouis telo celerius delapsa ad cubiti spatium immergitur et piscem extrahit nec diutius manet, quam iugeri spatium transieris. Mirus incubandimos ouis, si Oppiano credimus. Fucum aut algam iis super petram insternunt, sic uentis exposita relinquunt. Mas illa, unde marem pro-

Arist. H.  
Al. 9. c. 12.

creandum coniecit, foemina, unde foeminam in sublime per aliquot dies sublata in pelagus mittit, motu concalefactis ouis, pulli excluduntur. Pullis, luce adspecta, nulla in nidis mora, parentes uolatu sequi conantur, a parentibus suscepti in mare demittuntur, mox extrahuntur. Acie oculorum in senio obtusa, dum ad praedam se ferri arbitrantur, praecipitiis inlusi intereunt.

CEPPHVS Aristotelis fulica est quibusdam, Aldrouando auis habens rostrum colore corneo, ad mandibularum latera rufum, in extremo, quod aduncum est, nigro, oculos exiguos rufos. Caput, collum, pectus, uentrem, coxas ex albis et fuscis, intercurrente etiam colore Baetico et luteo, maculis uarietatem. Crura et tibiae uiridescentes. Pedes et membranam digitos secantem fusca. An sit cepphus ueterum, ignoratur. Nam de hoc, si foramen corporis spectas, id duntaxat habemus, laro esse similem, cum quo descripta parum habet similitudinis, plumis abundare, sed carnis esse exiguae, ideo facile uento impelli. De caetero apud

Aldrouand. Ornithol. l. 19. c. 12.



ro-  
d. Or-  
ol. l.  
c. 12.

Tab. 47.

Catharacta.



Cephus.



Phalacrocorax.



Anser Bassanus.  
schotisch Gans.



Graculus palmipes.



Corvus Syluaticus.  
Waldrapp.



Corvus aquaticus.  
Scharb.

Mergus Rhemi. Rhein Endte.



Mergus Longirostrus.



Mergus glacialis.  
Eijs Endte.

Meerganser Seefluder.



Albulus aquaticus.



Mergus Bellonij.



Gesner.  
Ornith.  
Heller.  
Boetius.  
descript.  
Scotiae.

pud mare uisitant, cuius et spumam uorant. Thunnos propter pisciculos, quos dentibus suis discerpunt, sequitur. Ad tonitrua adeo perhorrescit, ut, sonitu exaudito, ex aere in mare decidat. Spuma inspersa adliciuntur, capiuntur adle-

At. Cum, relicto mari, gregatim in terram aduerso uento reuolant, imminuentis uenti indicium praebent. Carnem habent proijodoris, partem posteriorem, quae sola li-

*Aratus in Phaenomen.*

## CAPUT V.

*De Anser Bassano, Phalacrocorace, Coruo Syluatico, Nycticorace Gesneri et Graculo Palmipede.*

*Gesner. in Ornithol. Hektor Boetius in descript. Scotiae.*  
**A**nser BASSANVS seu SCOTICUS incolis solendguse dictus auis est domestico anser longior, sed minus lata, anserem tamen et forma et uoce per omnia referens. Nullibi, quam circa castellum Bas, uiribus humanis inexpugnabile reperitur, ad quod, incipiente uere, adpellunt. Tres uel quatuor primo tanquam speculatores aduolant, has aliquot post diebus reliqua multitudo insequitur, quod egregiorum uirorum relationi debemus. *Nidulantur* in castri praedicti rupibus et construendis nidis tantam lignorum copiam comportant, ut auferentibus, qui illic habitant, abunde in annum ex ea parte prospectum sit. *Oua* in rupibus deposita superposito pede altero, unde forte nomen a solea accepere, excludunt. Pullos delicatissimis piscibus nutricant. Quod si auolantes nouum uidere, illo abiecto, iterum se magno impetu immergunt. Tanta autem piscium ab ipsis euomitur copia, ut et praesidiariis arcis in cibum cedant. Habent intestinum quoddam paruum oleo singularis uirtutis refertum. Ischiadem et arthritim sanare creditur. Pulli capti et asfi halecis nidorem emittunt. Caro est durior et uinum exigens, quod aliquoties experti sumus, cum anno MDC XXIII. in Scotia ageremus.

Ex adipe unguentum fit, quod cum comageno Plinii de bonitate certat.

**PHALACROCORA**X, quem cum coruo aquatico Plinii eundem

esse, uel exinde coniici potest, quod calueat, quatenus auis sit, inter historicos naturales non conuenit. Gesnerus, an sit illa, quae in Burgundia crottescherot seu coruus piscator, cui unus pes est ad natandum palmipes, alter ad rapinam uncis unguibus armatur, sic, cum piscem in aqua adripuit, nec facile propter pondus uolare potest, piscem altero pede retinens, altero ad ripam nauigat, dubitat. Alii coruum aquaticum Plinii, phalacrocoracem, coruum syluaticum et graculum palmipedem easdem esse opinantur. Bellonius quidem simillimam auem cum ea, cuius hic pro phalacrocorace ex Aldrouando iconem dedimus, exhibet, sed coruum aquaticum, cornicem marinam easdem Aristoteli aues esse et phalacrocoracem innuit. Gallis dicitur cormorant, quo nomine Angli auem insigniunt, quae anguillas integras edit, per intestina elapsas rursus deuorat et uel nouies aliquando unam absorbet, priusquam retinuerit. Aldrouandus phalacrocoracem scribit esse capi *magnitudine*, rostro longo acuto et rubescente. *Capite* fere plumis nudo et cute recto, quae carnem substantia et colore aemulatur. Ex collo, uelut iubae, dependent, quales in capis cernuntur. In pedibus plumas quasdam aureas gestat. Solus inter palmipedes, fibro excepto, in arboribus sedet in iisque nidulatur aequae, in aqua marina, atque dulci degit. Magnum stagnis damnum, quod pi-

sces

scēs deuoret, adfert, interdum anguillam mediocris magnitudinis ex aqua abrepta in aerem defert et, antequam deuoret, diu cum illa conluctatur.

**CORVVM SYLVATICVM** hisce adiicio, non, quod sit uel palmipes uel aquatilis, sed, quod ab aliquibus cum phalacrocorace confundatur. Magnitudo ipsi est gallinae, color toto corpore niger, si eminus uideas, sin propius, ad solem praefertim, cum uiridi permixtus uidetur. *Rostrum* rubicundum, oblongum et angustis terrae uel arborum foraminibus inferi aptum. A capite crista retro tendit, haud scitur, an in omnibus aut semper. *Pedes* habet, ut gallinae, longiores. *Crura* oblonga obscure rubentia. *Digiti* fisos. *Vescitur* piscibus, ranis, locustis, gryllis. In rupibus, turribus, desertis et pylis, unde *Elastrapp* Germanis, *nidulatur*. Bina aut terna *oua* parit. Altissime *uolat* et primus fere omnium circa initium lunii, ni fallor, migrat. Pulli diebus aliquot, antequam uolare possunt, nidis exempti ita facile cicurantur, ut in agros

euolent et subinde reuertantur. In Istria circa promontorium Polae, homine per funem demisso, eximuntur et inter mensarum delicias habentur. Aucupes in singulis nidis singulos relinquere solent, ut anno sequente libentius redeant.

Huc pertinet et **NYCTICORAX** Gesneri, quamuis palmipes non sit, qui iuxta aquas et inter arundines uersari dicitur. *Vescitur* pisciculis. *Nidulatur* in altis arboribus, ita uel quaterna *oua* parit. Inter arundineta absōna uoce uomiturientis instar clamat.

Sed nec **GRACVLI PALMIPEDIS** Aristotelis seu corui aquatici minoris hic obliuiscendum, quem alii phalacrocoracem, alii coruum syluaticum uel mergum magnum nigrum esse indicant. Colore in toto corpore est subnigro, collum si excipias, ubi nonnihil rufi admisceri uidetur. *Rostrum* aduncum acutum, prope frontem subalbicans, caetero subnigrum. *Crura*, *pedes* et *membranae* fuscae sunt.

## CAPVT. VI.

### De Mergis in genere.

**M**ergum, quem Graeci poetae dypten, poingam et bungam dicunt, *dypten* ueterum esse, uel ex eo conligitur, quod omnes eandem auem esse tradiderint et pleraque de aethya a Graecis tradita Plinius de mergo interpretatus sit. Bellonius tamen aethyam ueterum quandam **MERGI MARINI** speciem, quae Cretensibus uultamaria et calicatizu dicitur, esse iudicat.

Bellonius  
obseru. l.  
1. c. 11.

Descri-  
ptio.

Magnitudine est querquedulae, albo uentre, capite et dorso nigro itemque alis et cauda. Pluma ei instar lanuginis ualide cuti inhaerens. *Rostrum* marginibus acutis cauum et plane fere lanuginosis plumis bona sui parte obducitur, nigrum superiore, album inferiore parte, uertice lato. *Frons* tubero-

sitate quadam uerrucatur, cui flocus plumarum niger innascitur. *Digitus* pedum posteriore sola inter palmipedes caret. Vt sit, certe et *Salmasium* hic consentientem habemus, hoc solo dissentit, quod mergum et fulicam easdem esse contendat. *Formam* si spectes, de ea quidem Ouidius:

*fecit amor maciem, longa internodia crurum,  
longa manet ceruix, caput est at tergore longe.*

Sed quis ille sit, unusquisque coniectere tentet. Nostri contra omne genus auium pedes habent in cauda, ita ut in terra stantes instar hominis corpus erectum proferant, ut auctor

Lucius  
Arist.  
Al. 1.  
et l. 8.  
Virg.  
Ius de  
neid. l.  
Homer.  
Odys.  
Pig.  
Hercu.  
Prodic.

Vetus  
Oppian.  
Iscen.

Partu.  
Arist.  
Al. 5.  
Plin.  
N. l. 1.  
17.

Salmas.  
in  
Solin. c. 2.  
Ouid.  
Metam.  
l. 12.

auctor de natura rerum scribit. Ab anatibus dentibus et cruribus discretus Gesnerus. Magis enim duri ac rigidi, utrinque tantum in marginibus, rostri, caeteris, quibus rostrum latum non est, sed in acutum definit, nulli. Crura uel non aequae absoluta habent uel breuiora uel non eodem situ uel posterius, quamobrem incommodum ingrediuntur.

*Locus.*  
† *Arist. H.* fluminibus, stagnis et paludibus, *A. l. 1. c. 1.*  
*al. 8. c. 3.*  
\* *Virg.* amant tamen et aprica \* loca, ut siccescant. Diutissime in aquis, dum se immergunt, morantur et summa ac ab Homero adlata nandi pollent peritia. Alam namque alteram saepius ad uentum erigunt et eiusdem tanquam ueli adminiculo nauigant, quod Pighius prodidit. Soli inter amphibias inter uolandum piscantur.

*Vetus.*  
*Oppian. in*  
*laenitici.*  
Congros, anguillas et alios lubricos pisces deglutunt, ingestos, interdum etiam uiuos, mox aluo, quod eis a uentre, mox recto intestino cibi transeant, egerunt, quod Oppianus et Plinius obseruauere. Schwenkfeldius in omnium, quas secuit, uentriculis plumas auicularum copiosissimas quasi cum pisciculis et auena compactas inuenit.

*Parsus.*  
† *Arist. H.* Saepe in maritimis † faxis, in arboribus \* interdum. Vtrumque se iuxta ostium Thinae fluiui et in Nortfolcia obseruasse Anglus quidam scribit. Oua ut plurimum bina ternaue ponunt. Pullos ab ouis exclusos, si matrem perdiderint, adeo ualidos esse aiunt, ut ipsi cibum sibi comparent.

Nullam eas uocem emitte arbitriati sunt quidam. Lucretius de iis:

- - - mergique marini  
fluctibus in salso uictum uitamque  
petentes  
longe alias alto iaciunt in tempore  
uoces.

Cicurari posse, tum ille, qui Venetiis ab hero e cymba emisus non sine spectatorum et uoluptate et admiratione sub aquis sibi cibum capiebat, satur redibat ad herum, ostendit, tum illi in Oriente, qui ab hero, postquam eis guttur filo, ne pisces captos deuorarent, ligasset, dimissi et pisces capiebant et in ciuitas huic negotio destinatas iniiciebant. Piscatione heri peracta, solito gutture, sibi piscabantur, passi ad herum redibant, testantur. Alii tempestatem praesagire, cum maria fugiunt et clamorem ad litora ferunt, dicunt seu, quod dimisso in profundum capite aurarum signa sub fluctibus conligant seu, quod uapores ab aquis ad imbriferam nubem erigendam sursum adtolli sagaciter subodorentur seu, quod pisces pleraeque per eum coeli statum e mediis aquis ad litora enatare soleant. Alii, cum in mare frequentius sese immergunt, seu propter aliam aliquam causam seu, quod tranquillo mari metu belluarum progredi non audeant, in altum sub tempestatem regressis, audacter progrediuntur. Plinius pennas rostro purgantes uentum indicare alicubi innuit. Aelianus gestu alarum exultantes idem facere tradit. Huic et Aratus accedit, dum eas *ἐν χερσὶν τεινόμεναι πτερύγεσι*, in sicco alis plaudere ac ludere scribit.

*Vetus.*  
*Uetus.*  
Vetus illorum in cibo nullus, quantum ad medicinam, magi contra quartanas deuorari iubent cor mergi marini sine ferro exemptum inueteratumque conteri et in aqua calida bibi. Venter in cibo sumtum stomacho mederi falsissimum comperit Galenus. Fel cum cedria inunctum euulsos palpebrarum pilos renasci non patitur. Iecur sale adseruatum ex hydromelite duobus cochlearibus potum secundinas pellere scripsit Dioscorides.

*Ingenium Scalig. Exercit. 233.*

*Odoricus e Foro Iulii in itiner. Virgil. Georg. l. 1. Isidor. Origin. l. 12. c. 7. Persius Satyra 6.*

*Aelian. H. A. l. 7. c. 7. Aratus in Phaenomena.*

*Galen. de simpl. l. 11.*



S

CA.

## De Variis Mergorum Generibus.

Gefner. in  
Ornithol.

**M**ergorum uaria sunt genera. Mergus RHENANVS quibusdam monialis alba adpellatus, qui omnium mergorum anatiformis maxime est, corpore undique albo atro colore distincto, prona colli et pectoris parte cum uentre candida, sed passim cinereis punctis aut maculis distincta. Frequens est apud Suesiones et Bellouacos, MAIOR, qui rostrum denticulatum angustius et fusco ad caeruleum dilutum uergens, extremitate deorsum incuruata, pectus, collum et uentrem tota alba, in dorso supremo egregias quasdam plumas alternatim albas nigrasque, inde etiam ad latera uersus pectus tæniæ similiter discolors utrinque procedentes habet et gobiis inprimis atque troctis uescitur.

GLACIALIS, quod, per summa frigora in aquis capiatur, ita dictus, cui magnitudo querquedulae, collum digitos octonos longum. Dorsum undique nigrum, alae nigrae, sed albo distinctae, crura breuia fusca, membranæ inter digitos nigris quique per hyemem apud Helueticos non minus, quam anas fera laudatur.

LONGIROSTRVS, cui rostrum nonnihil rotundum, digiti longitudine, caput cristatum, collum subrubrum, corpus præter alas totum nigrum. Pedes crocei, membranæ luteae.

RAVCEDVLVS, cui corpus et alae cinerae, gula et uenter alba, pedes nigri.

RVBER, cui pars superior capitis et colli rubescit. NIGER, cui rostrum nigrum, collum spadiceo colore, corpus, ut in fuligula, alae cum transuersa linea alba nigrae.

ALBVS, cui rostrum rufum, caput cum collo nigrum uiridibus aliquot punctis respersum. Crura rubicunda.

CIRRATVS, qui habet caput rufum uel testacei coloris, cirro re-

trorsum eminente. Dentes serratos, duos, retrorsum flexos. Crura et digitos pedum interiectis membranæ ex rufo fuscis rubentes. Rostrum tres digitos longum, inferne rubicundum, superne nigricans, duobus foraminibus odoratus causa peruium. Bellonius fibrum seu castorem uocat. Asperam arteriam ab aliis aquatilibus diuersam habet. Nec enim est rotunda, sed compressa et inaequalis, modo crasior, modo angustior et in medio duobus, uelut nodis, extruberans. Cum ad uentriculi regionem peruenit, in cauitatem quandam ex membranæ et osse grandiusculo inaequali constructam dilatatur. Semper in aquis manet et in iis se diutissime omnium continet. Vrinando ad quadraginta aut quinquaginta pedes procedit. Caput inter natandum sublime ad tollit et inter arundines nidulatur.

MERGANSER denique, ut Gefnerus uocat, cui caput cum tertia colli parte ex uiridi nigricat. Collum reliquum cum aliquo pallore album est. Inferior colli pars nigrescit. Plumae uentris et supinae caudae giluae sunt. Crura et pedes cum membranæ inter digitos minii colorem habent. *Ventriculus* est corneus, id est, firmissimus. Pondere interdum ad libras duodecim accedit.

Huc pertinet *mergus* ille, quem Bellonius Gallice HÉRLE uocat, anatem magis, quam anserem referens, rostro longo, terete et mucrone reflexo, colore subrubro.

Item GVLO Germanis *Seesluder*, magnitudine anseris, colore giluo, gregaria, mensis lautioribus contenta.

Nec non SCHELADARCHVS anate maior, uariis rostro lato, adunco, dentibus acutissimis pleno, ex giluo subrufo.

MOR.

*Albertus*  
*H. A. l. 5.*  
*c. 3.* MORFEX denique tota nigra, rostro ferrato et ualido, quae sub aqua mergitur et anguillas capit. Eademque, si se grauari senserit, euomit. Gregatim in arboribus iuxta aquas nidificat. Volatura

caudam diu in aqua trahit. Saturata ad solem, ut siccentur, expandit. Fimus siccatur arborum ramos, in quos inciderit.

NB. De mergis exoticis uide mantissam. Num. 11.

## CAPVT VIII.

*De Colymbis in genere et in specie.*

*Genera.* **A**uis, quae Graecis colymbus, colymbis et colymbas, Latinis urinatrix dicitur. Vnum tantum illius genus Aristoteles commemorat, alii plura, Turnerus tria uidit. *Primum* totum nigrum, si cirrum, quem in capite gerit, exceperis, mergo, quo tamen triplo minus est, quoad corporis effigiem, non dissimile. Angli doukeram uocant. *Alterum* turdo non maius, anati colore et corporis effigie simile. Anglis media urinatrix dicitur. *Tertium* adeo nuper ab ouo exclusum refert anserculum, ut, nisi rostrum huius paulo tenuius esset, aegre alterum ab altero discerneres. Non enim pennas, sed lanuginem quandam earum loco obtinet.

*Gesner. in Ornithol.* Gesnerus colymbos facit *maximos, maiores et minores. Maximus*, qui in Acronio lacu raro capitur, ab inepto per aquae superficiem motu fluder dictus anser maior est. Rostro oblongo, angusto, acuto. Neque uolare potest recte, neque ingredi commode, nisi simul pedibus alisque nitatur. Tam profunde urinari dicitur, ut orgyiarum uiginti spatio, quandoque reti aut mucrone ferreo sub aqua capiatur. *Maior* duorum est generum. *Primus* anser paulo minor, collo est oblongo, dorso nigro, collo inferiore et uentre albo, plumis fere nigris. Digitos pedum habet ternos, adhaerentibus membranis latos, sed aliquo usque diuisos. Ungues latiusculos, praesertim medium, teretes et in mucronem adtenuatos. Crura iuxta anum fere retrorsum porrecta, natationi potius, quam ingressui apta, femora in uentre condita, inaequalem interdum tibiarum situm. *Alter* cristatus seu cornutus

est, plumis circa uerticem et cololum supremum eminentibus, superius nigris, ad latera rufis. Aliquot eius sunt descriptiones. *Minor* Germanis Succhelin, ut maior Succhel, magnitudine est columbae, digitis latis, adhaerentibus membranis fuscis, non continuis tamen, sed trifariam disiectis. Inferiore rostri parte tota sanguine colore rubente. In femore multa ossicula tenuia circa articulum adglutinata dimidia ossis femoris magnitudine ab una tantum parte habet.

Bellonius etiam *maiolem* sub nomine uriae ueterum describit, anatis magnitudine, rostro longo, rubicundo ac ferrato. Cristam habere uidetur. Nam, cum nigro sit uertice, plumae oblongae ab occipite pendent, quas, cum excandescit aut exhilaratur, adtollet aut demittit. Voce est horrida, sed ad sui tutelam utili. Idem nec *minoris* obliuiscitur, qui adeo aquae familiaris est, ut ei per terram gradi posse propter femora in uentre ita recondita, ut nullo modo adpareant et crura, quae extrorsum protenduntur, ut omnino e lumbis censeretur possit, natura negasse uideatur. Caudam habet nullam nullumque uropygium. Alas pro corporis proportionem exiguas. Plumas lanuginosas. Digitos ab inuicem separatos, latos tamen. Rostrium rotundum exiguum, rubicundum. Crura parte posteriore ferrae instar crenatae. Iecur tenellum, intestina a reliquarum auium intestinis diuersa, gracilia et tenuia, si in pauca aqua deprehendatur, uix se in aerem ad tollere potest. Prope terram in cespite aliquo palustri nidificat. Addit et Al-

drouandus suas descriptiones, quas hic adferre non est necesse. Ad-  
didisse sufficiat. *Colymbos* Athe-  
naeo inter omnes aquaticas aues  
minimos esse, atro et sordido colo-  
re tingi et acuto rostro instrui, Op-  
piano colymbos semper natere et  
ne somni quidem uel cibi gratia in  
continentem exire, nisi partus tem-  
pore, eosdem aduersis uentis natere,  
ne illorum ui aliquando inuiti in  
terram extrudantur. Circa me-  
dium Augustum propter pennarum  
mutationem uolare non possunt.  
Et tam celerrime merguntur, ut  
bombardae etiam ictum effugiant.  
Referri ad colymbos potest auis

Oppian.  
Isentis. l.  
2. cet. Al-  
drouando.

Anglis coote dicta, forma et colo-  
re fulicae similis, paulo minor, in  
cuius rostro paruum tuberculum  
rubeum eminet, quae subinde ad  
fundum usque urinatur. Non pi-  
scibus tantum, sed alga, lineo, gra-  
mine paruisque cochleis uictitat.  
Et uulgo fertur, non posse diutius  
uolare, quam pedis cauo adreptam  
aquam retineat.

Huc pertinet *VRIA* anate mul-  
to minor, rostro longiore ac tenui,  
colore fordido testaceo. Gesnerus  
colore tantum et magnitudi-  
ne a colymbis differ-  
re putat.

Athe-  
naeus l. 9.  
Dipn.

## CAPVT IX.

*De Brentbo, Phalaride, Auosetta Italarum et  
Trochilo.*

**BRENTHVS** quatenam sit a-  
uis, dubitatur. Niphus monti-  
colam esse credit, generis unci. Pli-  
nius pro eo anatem uertit, quod  
et Gaza secutus est. Albertus mer-  
guli pisces uenantis speciem inter-  
pretatur. Et forte est, quia pisci-  
bus uiuere Aristoteles reliquit.

Arist. H.  
Al. 9. c. 1.

Nec magis notum, quatenam sit  
**PHALARIS**, Bellonius pro ea  
mergum uarium maiorem substituit.  
Gesnerus solaegam Italarum eam  
esse credit. Apud Athenaeum ha-  
bet rostrum angustum, corpus aspe-  
ctu magis teres, quam anas, colo-  
rem in aluo et dorso cinereum.

Athen.  
Dipnos. l. 9.

**AVOSETTA** Italarum, quam  
Lucarni circa lacum Verbanum spin-  
zago d' acqua uocant, recuruiro-  
stram uere dixeris, auis est magni-  
tudine columbae aut paulo graci-  
lior, rostro nigro sursum tendente,  
in extremo acuto, quinque digito-  
rum fere longitudine. Corpore su-  
pino toto albo, capite et ceruice  
superius ex fusco nigricante, pedi-  
bus coloris cyanei diluti, digitis  
membranis iunctis. Cruribus lon-  
gis ac ideo posteriore digito, qui  
pro calce est, minuto.

Vox eius est Crex. Crex.

**TROCHILVS** iuxta ripas flu-  
uiorum oberrat et tanta saepius  
celeritate discurret, ut cursus uo-  
latu eius uelocior sit. Obuia quae-  
que depascitur, hirudines etiam,  
quae faucibus crocodili inhaerent,  
cladorynchos seu potius *κλαδωρύγχος*  
inprimis legit. Mira de illis  
Oppianus, nimirum mares a foe-  
minis, foeminas a maribus pasci.  
Ineunte uere priores foeminas solli-  
citare cantu uel stridore potius  
peculiari masculos ad coitum. Foe-  
tu procreato, separari et ad sua pa-  
scua redire. Tunc mares omnem  
foeturae et ueneris curam relin-  
quere, foeminis laborem solum in-  
cumbere eumque eas inter se par-  
tiri. Alias oua in nidis fouere, alias  
fouentibus cibum congerere. Pullos  
adultos ad litus, ubi mares uersari  
solent, perducere. Ibi foemellas cum  
suo sexu remanere, masculos ul-  
tro separari. Gesnerus esse putat  
generis gallinarum aquaticarum,  
Aldrouandus corram seu tabella-  
riam uulgo dictam. Auis haec est  
uaria, rostro recto, luteo, in fine  
nigro. Rictu magno. Oculis ni-  
gris

Alcian. H.  
Al. 3. c. 11  
et l. 8. c. 25  
Arist. H.  
Al. 9. c. 6.

*Colymbus Maior*  
groß Suchel.



*Colymb. Maior* Tab 4.8  
Bellor.



*Trochil. Coruza*



*Colymb. Minor*



*Merg. Bellon*



*Anasetta Italor.*



*Cygnus.*



*Cygnus.*




*Capricorca.*



*Bermela*

*Brenta*

*Anser ferus*  
Wilde gans



ian.H.  
3.6.11  
8.6.25  
st.H.  
9.6.6



De  
pio.  
  
H  
lia  
E  
lph

gris albo circulo circumdatis, quem  
rursus alius spadiceus ambit. Cru-  
ribus longis, coxis breuib, digi-

tis' membrana iunctis. Si cor-  
rira trochilus non est, ce-  
leris est.

## TITVLVS II.

## De Auibus Palmipedibus Herbiuoris

## CAPVT I.

## De Cygno.

**C**ygneus, qui et *olor* quasi ὄλος  
ὁραῖος, totus candidus, Grae-  
cis modernis cyprinus, ueteribus  
κύδνος et κύκνος seu ἀπὸ τῆς κυκνῆς τὴν  
ἰλὸν, quod cibi causa coenum scru-  
retur et turbet, seu quasi κλυτός, quod  
sit clamorosus seu, quod teres col-  
lum habeat, dicitur. Totus est  
candidus. Horatius purpureum et  
pulcrum et splendentem poetica  
licentia nominasse creditur. *Rostrum*  
habet paruum turbinatum in ex-  
tremitate obtusum, ferratum et fal-  
cis instar dentatum, colore rufo, in  
cuius summa parte, qua capiti com-  
mittitur, tuberculum rotundum,  
nigerrimum et rostrum in se infle-  
ctens uisitur. *Collum* longissimum  
uiginti octo uertebis constans, un-  
de δολιχόδεϊρος Homero et δολιχαύχην  
Euripidi dicitur. Et lineae, uelut  
piscatoriae, usum in aqua porrectum  
praebet. *Pedes* nigris notis partim  
caeruleis, partim rubicundis et al-  
bis distinctos. *Membranas* digitis  
interiectas squamulis minimis rotun-  
dis inaequales. *Digitos* uero, ue-  
luti annuli quidam, in latum interse-  
cant, eorum medius omnium et  
crassissimus et maximus est, longus  
digitos decem, internus nouem,  
externus septem. Vno pede pro re-  
mo, altero pro corporis sui guber-  
naculo utitur. *Linguam* mediam,  
quod superius ponendum erat, sul-  
cus denticulis palatum medium se-  
cantibus respondens diuidit et ipse  
prope radicem scaber. *Interna* si  
species, *intestina* omnia quatuor do-  
drantes et palmum longa multoque  
adipe, qui uicem emeriti obit inte-  
cta, in illo, quem Aldrouandus se-  
cari curauit, erant et, cum simplici

tantum in se media spira reuolutio-  
ne inflectantur, ne aliquid non pla-  
ne distributi alimenti praeterlabere-  
tur, natura caeca duo dodrantis  
spatio inter anum et ipsorum ini-  
tium interiecto recto intestino ad-  
pendit. *Arteria aspera* admiran-  
dae plane est structurae. Nam oe-  
sophagum subiectum comitata ad  
iugulum descendens cum peruenit,  
non recta, ut in caeteris animanti-  
bus, ad pulmones tendit, sed supra  
clauiculas eleuata in costam ossis  
pectoris seu sterni, quae ex duobus  
lateralibus ossibus et tertio superno  
his pro operculo incumbente fabri-  
cata, uaginae seu thecae figuram  
et usum praebet. Ad huius finem  
postquam peruenit arteria, inferne  
in se instar serpentis reflectitur et S.  
literam exprimit moxque sub priore  
iam dicta portione ipsi superposita  
hanc capsulam denuo egreditur et,  
clauiculis mediis conscensis, harum  
ingo tanquam fulcro innititur at-  
que ita sustentata denuo in morem  
tubae reuoluitur thoracisque cauum  
subiens, antequam ad pulmones  
fertur, prius quasi laryngem alte-  
ram efformat, transuersim secta  
ossiculoque, quantum ipsa lata est,  
longo et, quod tenui membrana ob-  
tenditur, hiulcam fistulam seu sy-  
ringem organorum musicorum, quae  
inferiore sui parte simili fissum pa-  
tulæ sunt, figuram repraesentat.  
Sub hac larynge arteria in duas cana-  
les diuicatur, quorum singuli in  
medio ampliori capacitate protube-  
rantes recta in pulmones exiguos  
costis retro totos adfixos abeuntes  
distribuantur. Talem structuram  
et cantus, de quo postea et respi-

ratio repposcebat. Ne enim, dum aliquando horae dimidiae spatio toto capite et collo pronis uado alimoniam haustrus immergitur, periculum suffocationis incurrat, ex ea arteriae, quae pectoris distae uaginae reclusa est, portione, spiritus, quantum satis, suppeditatur.

**Locus.**

**Locus** si adtendas, est auis amphibio. Maxime tamen aquis delectatur. Aelianus greges eorum in Afro mari adparere prodidit. In fluuiis Caystro, Istro, Tanai, Strymone, Maeandro, Eridano, Minio, Tamesi et quidem magna copia degere apud Ouidium, Senecam tra-goedum, Theocritum, Lucianum, Statium Papinium Mantuanum, Polydorum Virgilium et alios inuenies. Innumeris in agro Engolismensi, Francisci primi opera, in fonte Tenario educatos Bruerinus testis est, sed stagna uehementer adpetunt, seu, quod quietiora nec natatum impediunt, quod Aeliano uisum, seu, quod in illis maior herbarum suppetat copia.

**Vitus.**

**Cibus** ipsi herbae, ac segetum grana, oua piscium. Rostro cribrat coenum et algam inprimis quaerit. In Scotiae lacu Spina herbae cuiusdam semine, quae ab iisdem nomen sortita est, delectatur. Ea autem natura est, ut agris iniecta nunquam putrescat.

**Partus.**

**Partus.**  
Hector  
Boetius in  
descriptione  
Scot.

Tempore *libidinis* blandientes inter se mas et foemina alternatim capita cum suis collis inflectunt, uelut amplexandi gratia, colla mares adplicant foeminis, deinde mas foeminam conscendit. Vbi *coierint*, mas conscius laesam a se foeminam fugit, illa impatiens fugientem insequitur. At non diutina haec est eis discordia, noxa cessante, reconciliantur et foemina, maris persecutione relicta, post coitum frequenti caudae motu rostrum in aquis mergens se purificat. Semel tantum anno initio ueris *pariunt*. Quia plures et speciosos foetus producant, *καλλιπαίδες* et *πολύπαίδες* dicuntur. Aristoteles *εὐτέκνης* dicit. *Pariunt oua* tertio anno illaque magna, oblonga, testa dura obtecta.

Probe natant, uelociter syluestres, tarde ob corporis pondus do-  
mesticae uolant. Aristoteles Ion-  
gius in pelagus efferri scripsit. Et  
Hesiodus *κύκνης ἀεσιπτότας* nuncu-  
pat.

**Cantum** quod adtinet, scinduntur in sententias auctores, *κύκνω τῷ ὄρνιδι μουσικὴς εἶναι δοῦναι* prodidit Pausanias, cum eo Socrates apud Platonem, Aristoteles, Cicero et philosophus, ex poetis Callimachus, Aeschylus, Theocritus, Antipater, Euripides, Lucretius, Virgilius, Seneca, Ouidius, Martialis sentiunt. Diluculo ante solis ortum tanquam in aere uacuo per id tempus audiendi clarius in maris litoribus, nisi tempestas disuadeat, canere nec cantus in senecta morti uicinus (remissionis tum) obliuisci. Fauo nium uel canendum obseruare, fati certos, ne a quoquam interpellentur, secedere apud Oppianum legitur. Fabulosum id apud Lucianum, Plinium, Alexandrum Myndium et Scaliger. inuenies. Aelianus uacillat et modo his adticipulari, modo in illos propendere uidetur. An funis sui cantator sit, quod et Brasauolus obseruaseditur, nescio. De elephanto sane id proditum. Cantare nullum fere dubium. Audiuit in lacu Mantuano cantantes Pendasius. Prope Londinum in Tamesi festiuis cantibus subeuntes clasces excipiunt. Canorum quiddam lamentantium in morem quouis tempore obfrepere obseruauit Aldrouandus. In hoc denique duplex ille flexus, qui ossis pectoris primum capsulae inferitur, deinde altera reuolutione in furculam inclinata recumbens in pulmones decedit, factus uidetur, ut uox in ipso reuolutae arteriae angulo repercuta maiori cum clangore erumperet ac, ueluti morulae exiguae in eo anfractu quiete recreata, uires acquireret eundo.

**Ingenium** in uolatu potissimum ostendunt. Liburnicarum more rostrato impetu feruntur facilius ita findentes aera, quam si recta fronte

incederent. A tergo, sensim dilatante se cuneo, porrigitur agmen largeque impellenti praebetur aurac. Colla imponunt praecedentibus, fesos duces ad terga recipiunt.

Quod de *aetate* apud Aelianum legitur, ducentimum nempe attingere annum, incredibile uideatur.

*Inimicitias* interdum tantas inter se alunt, ut alter alterum deoret uel, ut Aelianus, perimat. Nec pullis uel ouis parcitur. Ab aquila sibi metuant. Adtaeti non iniquo Marte repugnant, sed nec cum fulgure, serpentibus et draconibus ipsis conuenit. Cicuta interiisse non mirum, cum et porci illius esu perisse uisi sint.

*Plumias* expectabis, si rorem aquae inspergunt, si profundos ei-

dem immergunt humeros, serenitatem. Apud Heluetios ingens frigus metuitur, si hyeme in quodam lacu adparuerint.

*Usus in cibis* laudatus apud ueteres. Alexandrides inter aues lautas numerat et dipnosophistis adponuntur nec minore, quam anseres, habitos pretio ex Plutarcho potest conligi. Recentiores nigram et duram, forte, quia annosi adferuntur, carnem adculant. Moscouitarum tamen duces, quoties carne uestuntur, assos hospitibus adponunt. In *medicina* faciem purgat et erugat adeps. Oua ad ignem sacrum celebrantur. Pellis uentriculo adposita concoctio- nem ui peculiari iuuare creditur.

## CAPVT II.

### De Anser.

#### ARTICVLVS I.

#### De Anser Domestico.

Anser Plinio alicubi ganza, Graecis ueteribus *χην*, *χίνα* modernis, auis est uulgo tam nota, ut descriptione non indigeat. In ferum et domesticum distinguitur, quorum ille minor Aristoteli, uariis esse a Columella manifesto errore proditur, cum apud nos uarii candidos numero exiuperent. In regno Senegae colore et pennis multiugis uariantur. In Hispania noua capiterubeo, olores candicie superant.

Visus cum duobus capitibus totidemque linguis, collo unico, quatuor pedibus, quorum unum par alarum locum occupabat, alterum circa podicem. Alae duae circa collum pandebantur. Proditus ab Alberto et alter, dupli collo, quaternis pedibus et totidem alis, dorso uno, adeo ut duae aues altera alteram ferens uiderentur. Frequentissima scilicet in illis ob humorem et stoliditatem monstra

sunt. *Interiora* si spectes, testes sub diaphragmate lumbis adnectuntur, hisce duo ex uena caua rami insident. Duo uasa ex infima utriusque parte emersa et deorsum per lumborum regionem recto delata prope os sacrum coneunt et canalem teretem, qui in plures orbes circumuoluitur et, cuius pars superior tota carnea, inferior intus cartilaginea conspicitur, efformant. Penis loco extremam portionem datam, quae in coitu adrigatur, haud male conieceris.

*Locus* ipsis fere ubique, eam Arabiae partem, quae austrum uersus adsurgit, si excipias. In Bloesia agro aquarum fere experte greges copiosi spectantur magnumque ex his plumae pretium. De *uictu* non est, quod dicam. Tenella arborum germina absomit, uiridarium herbas penitus depascitur et uitium pampinos rodit. Trifolio, foenu-

foenugraeco, lactuca et aliis deletatur.

**Partus.** Quantum ad *generationem*, in aqua † coneunt nec humi insistentes, a coitu \* aquis sese ingurgitant. † *Varo de Re R. l. 8.* Singulis maribus tres olim † destinabantur foeminae, sex hodie. \* *Arist. H. A. l. 6. c. 2.* Tempus admittendi aptissimum a bruma, pariunt et \* iuvenes absque coitu, sed hypenemia. Coitus expertae si absque eo posuerint, plura quidem, sed sterilia, minora et minus iucundi, quam foecunda, saporis erunt. De numero et *partus* et ouorum inter scriptores non conuenit. Ter parere scribit Columella, si foetus non excludunt. Bis Plinius, si primum foetum gallinae excludant. Oua plurima sedecim, paucissima septem huic pariunt. Si quis subripiat, pariunt, dum rumpantur. Illi singulis foetibus pariunt, primo quina, sequenti quaterna, nouissimo terna. Quintilius ad duodecim et ultra procedere ait. Carolus Stephanus, si non incubent, duodecim et singulis foetationibus plura. Recentiorum quidam ad centum et ducenta ascendunt. Tempus pariendi aliis a Calend. Martiis ad solstitium, si bruma coniuerint, Plinio post solstitium XL. prope diebus pariunt. Si adpropinquat partus, digito tanguntur oua, quae sunt prima parte locorum genitalium. Incubatus a foemina duntaxat absoluitur nec recedit, donec pullos excuserit. Commodissime a Calendis Martiis ad solstitium exercetur secundum Palladium, a principio Nouembris ad Decembrem exactum secundum recentiores. Pulli intra triginta dierum spatium excluduntur, intra uiginti quinque, si dies tepidiores sunt. \* *Plin. H. N. l. 10.* *Vocem* si adtendas, *παπαζειν* et *πλαταγίζειν* Graecis, Aratus *κλαγγιδον* aduerbio de eadem usus est. Gratitare, gignere, strepere, clangere Latinis dicuntur.

**Volatus.** Raro uolatum domesticae exercent, sed pedibus ualent. Mirum, in hoc alite, inquit Plinius, a Morinis usque Romam pedibus uenire. Fessi proferuntur ad primos, ita

caeteri stipatione naturali eos propellunt.

De *Adfectibus corporis* pauca obcurrunt. Solus ex pedestribus a cane rabido morsus rabie non conripitur, si Nipho credendum. Laborat pituita et phthiriasi, illam pimpinella, quae in pratis nascitur, auertit. Huic frequenti ablutione et siceritidis usu occurrit. Pullis eorum urtica contacta mortifera nec minus auiditas, nunc satietate nimia, nunc suamet ui, quando, adprehensa radice, morsu saepe conantes euellere ante colla sua arumpunt. Discordia cum aquila, ne morte quidem interruptitur, pennae commixtae certent et anserinae ab aquilinis absumentur.

*Aetas* sexaginta annos attingit, si Alberto credendum. Non dedisset fidem Cardanus, nisi carduelem tredecim annis in cauea educatam sciuisset, et syluestris anseris tam duram carnem, ut ne triduum quidem cocta emolliri posset.

Quod folia lauri ne in extrema quidem fame attingunt, rhododaphnes ne coacti quidem edunt, quod humanum longe praesentunt odorem et auditu cum apro certant, quod se ab anseris deiectum falconem uidisse Scaliger scribit, uigil, cura Capitolio testata defenso, per id tempus canum silentio proditis rebus et fama amoris, † Argis dilecta forma pueri nomine Oleni et Glaucis Ptolomaeo regi cithara canentis, quam eodem tempore et aries adamasse creditur, ingenio debetur. Potest et sapientiae uideri intellectus iis esse. Ita comes perpetuo adhaesisse Lacydi philosopho dicitur, nusquam ab eo non in publico, non in balneis, non noctu, non interdiu digressus. Quod semper uociferatur, improbum dixit Virgilius. Si, dum ad pastum festinant, iugi clamore obstreperunt, tempestas imminere dicenda est.

Reperere olim in *cibis* aestimium. Regum Aegypti mensis solus cum uitulo adponebatur. Alexander Seuerus festis tantum diebus ad conuiuium recipiebat. Ab Annibale Numi-

Numidicis gallinis praeferebantur. Quod si iecur respicias, Romani eos eiusdem bonitatis nouere, inquit Plinius. Fartilibus in magnam amplitudinem crescit, exemptum quoque lacte mulso augetur. Nec sine causa in quaestione est, quis primus tantum bonum inuenit, Scipio Metellus uir consularis, an M. Sertius eadem aetate eques Romanus. Hodie in Gallia non minoris fit anser atilis, quam Romae olim lupus scarus aut mulus. Est et Iudaeis ubique terrarum in deliciis. Nec damnosus interdum, hyeme et iuniores in cibum cedant. Aliorum excrementitia et concoctu difficilis caro est. Tenerescunt tamen, si collo per triduum suspendantur, graui lapide pedibus adligato. Septentrionales sale conditis et uento siccatis tum coctis post aestiuale solstitium uescuntur. Mesalinius Cotta, quod constat, Mesalae oratoris F. palmas pedum ex his torrere atque patinis cum gallinaceorum cristis condire reperit.

Quantum ad *medicinam*, plumae ex uentre tritae et insperfae sanguinem sistunt. Lingua peculiariter ad uescicae uitia et inuoluntariam mictionem facit. Sanguis utilissime inter antitoda miscetur. Fel contusis

oculis prodest, si hysopo postea et melle inungantur. De adipis usu uide multa in Aldrouando. Puerperae in Bohemia butyro in cibis praeparant, si aqua aurem intrauerit, praecipuum est remedium. Cum iridis nostratis puluere permixtus et umbilico in testa nucis iuglandis inditus aluum infantibus soluit. Aliud reperit Syriae pars, quae Comagena uocatur, adipem eorum in uase aereo cum cinnamomo niue multa obrutum ac rigore gelido maceratum ad usum praeclari medicaminis, quod ab gente dicitur Comagenum. Dioscorides Commagenes non meminit. De plumarum olim usu ita Plinius: candidorum alterum uetigal in pluma. Velluntur quibusdam locis bis anno. Rursus plumigeri uestiuntur molliorque, quae corpori, quam proxima, et e Germania laudatissima. Pretium plumae eorum in libras denarii quini. Et inde crimina plerumque auxiliorum praefectis a uigili statione ad haec aucupia dimissis cohortibus totis. Eoque deliciae processere, ut sine hoc instrumento durare iam ne uirorum quidem ceruices possint.

## ARTICVLVS II.

De Anseri Fero in genere, de Vulpanfere et Bernicla Aue.

Anseris syluestris plures sunt differentiae. Plinius *chenalopeces* et quibus lautiores epulas Britannia non nouit, *cbenerotes* ponit. Apud Albertum *cinereos*, qui propter corporis leuitatem altius uolant. *Grandinosos* seu ob candorem niueos. Qui praeter extremas quinque remiges pennas albi sunt. Aestate nuspiam conspiciuntur, hyeme ingruente, sublimi uolatu gregatim migrant. *Arborum*, qui ex arboribus nasci creduntur, quibus color capitis, ut pauoni, absque crista tamen inuenies. Schwenkfeldius eos in arborum cauis, cornicum et ciconiarum nidis oua tredecim uel quatuordecim illaque flauentia pa-

rere scribit. Apud Oppianum *linurgi* et *cenchritae* reperiuntur. Gesserus anseris *stellati*, quem Itali ciccum uel ocam sternam uocant, cui magnitudo inter anatem et anserem, pondus leue, pectus maculis adpersum, dorsum et alae cinerea, meminit. Scaliger in Oceano Brasiliae *marinos* a colore atro, qui nunquam euolent, esse prodit. De *basano* seu Scotico superius egimus. Descriptionem non morabimur. *Caput* fere anatinum magis, quam anserinum. Vtraque *mandibula* intus oras ferratas loco dentium obtinet. *Palatum* quibusdam denticulis acutis instar limae est scabrum et asperrimum. *Membrae*, quae digi-

digitos connectunt, in extremo fer-  
rae instar denticulatae videntur.

*Locus.*

*Locus* ipsis maxime circa paludes.  
In Aethyopia adeo frequentibus a-  
gminibus grassantur, ut tum morfu  
tum stercorebus omnia demolian-  
tur.

In septentrione cubationis  
tempore, quo a meridionalibus pla-  
gis redeunt, copiosissime uisuntur  
circa Aprilis initium. In Batauiam,  
Hannoniam, Artesiam migrationis  
tempore copiosissimi confluunt.

*Carol. Ste-  
phan. de R.  
R. l. l. c. 15.*

Nouam Hispaniam mense Decem-  
bri praeteruolant. In India pul-  
cerrimi conspiciuntur. Totum ipsis  
corpus praeter pectus et uentrem  
nigrum. Oculos circulus coralli  
aemulus ambit. Ex minore oculo-  
rum cantho linea eiusdem substan-  
tiae et coloris extuberat uersusque  
collum deducitur. Inde sex se-  
ptemue ramuli exigui utrinque ad  
medium colli usque descendentes  
denaricantur.

*Parini.*

Conire post hyemale solstitium in-  
cipiunt, initio ueris oua ad sum-  
mum sedecim ponunt. Steriles eua-  
dunt, si mites redditae fuerint.

Migratoriae sunt aues. Migra-  
turae uociferantur alte uolando  
forte, nequa earum remaneat. Me-  
ridiem petunt, cum septentrio pro-  
pellit, istum, cum auster nec ces-  
sant, nisi esurie coacti. Ordo, ut  
gruum, cum silentio literatus nec  
clangunt, nisi rupto ordine. Vide,  
quae de domesticis ex Plinio dixi-  
mus. Oppianus nec ducibus nec  
somnia tempore custodibus destitui  
scribit. Taurum montem superatur.  
ri aquilarum metu lapillos rostris ad  
conerendam linguam ferunt. Ci-  
licibus id quidem tantum adtribuit  
Plutarchus, sed feris adscribi apud  
Aelianum et Marcellinum legimus.  
Tardius adueniunt, quam grues.  
Vidit aliquando Gesnerus sexto O-  
ctobris permultas uiolantium tur-  
bas, quae ab oriente in Galliam et  
occidentem uersus per turmas tri-  
angulas uolabant.

*Migra-  
Volatini.*

*Auctor de  
Naturae  
rerum.*

*Oppian.  
Ixcv. l. 2.  
c. Aldrou.*

*Aelian. H.  
A. l. 5. c. 29*

Quantum ad usum, caro propter  
exercitationem minus est excremen-  
titia. Cruda adhuc suauiter olet.

*V. Juss.*

Linguae ascae bene a calculosis in  
cibo fumuntur.

#### ARTICVLVS IV.

#### De Vulpanfere, Capricalca et Bernicla Aue.

AD feros anseres referri debet  
*Vulpanfer, capricalca et branta.*

VULPANSER seu chenalopec  
quibusdam est auis pectore rufe-  
scens, aquatica, in cuniculorum fo-  
ueis, interdum et rupium cauernis  
nidificans, quam Angli bergandram  
ocant. Gesnerus, an anser stellatus sit  
chenalopec, considerandum reli-  
quit. Aldrouandus nihil certi profer-  
re potest. Inter palmipedes, quae  
circa aquas uersantur, ab Aristotele

*Arist. H.  
A. l. 8. c. 3.*

numeratur. Oua hypenemia quan-  
doque parit. In pullis tuendis ean-  
dem, quam perdix, operam conlo-  
cat. Et ab aquilae, felis et caetero-  
rum hostium iniuriis sese defendit.  
*Aelian. H.  
A. l. 5. c. 30  
l. 19. c. 16.  
l. 11. c. 38.*

In cupediis olim apud Britannos  
fuisse ex Plinio superius diximus.

De CAPRICALCA obcurrit,  
coruo paulo maiorem esse ac in de-

liciis haberi, taeniis transuersis fu-  
scis per collum, pectus et uentrem  
distingui, caudam nullam habere.  
BRANTA seu bernicla et bernichia,  
Scotis claguse, Gallis crauant et  
oye nonnere, Isidoro barliata, Al-  
berto barbates, Hollandis Rotgansen  
dicitur. Bellonius chenalopecem  
ueterum esse putat. Minor est fe-  
ro anser, monachorum ornatui,  
quae colorem album atro superim-  
ponunt, similis. Alis et dorso co-  
loris plumbei, cauda breui et ni-  
gra. Anserum ferarum more uo-  
lat, strepit, paludes frequentat et  
segetem depopulatur. De ortu  
magna est inter doctos controuer-  
sia. Quidam conire uolunt, alii ex  
putridis nauium rudibus, non-  
nulli ex pomis cuiusdam arboris in  
insula Pomonia nascentibus conru-  
ptis

olatus.  
ector de  
atura  
um.

ppian.  
cent. 12.  
Aldron.

elian.H.  
J. 5. c. 29

Plan.  
J. 1. 1.  
Jus.

Lib.  
Jus.

Lib.  
Jus.





pris, alii ex fructu foliis conglome-  
ratis simili, qui, cum opportuno  
tempore decidit in subiectam a-  
quam, reuiuiscit, conuertiturque  
in uiuam, oriri existimant. Ifido-  
rus, Alexander ab Alexandro, O-  
laus Magnus, Hector Boethius, Sca-

liger, Meierus, Gesnerus et alii com-  
muni famae adstipulantur. Bataui  
ex propria inspectione in Gronlandia  
barniclas, quae ouis incubarent  
pullosque educarent, sese in-  
uenisse adfirmant.

CAPV T III.

De Anate

ARTICVLVS L

De Anate in genere.

Descri-  
ptio.

**A**nas Graecis antiquis *νῆσσα* uel  
*νῆττα*, recentioribus *χῆνα* uel  
*πανίττα* uel pappos, auis est apud  
nos notissima. Dorsum ipsi et ro-  
strum lata, pedes cartilagineis mem-  
branis intersepientibus ampli, crura  
breuia crassa et retro uerius dispo-  
sita, ut in natatione ualentius in-  
stantes aquas propellere possent.  
Gulam habent amplam, linguam  
pleraeque interius asperiusculis u-  
trinque eminentiis dentatam et quasi  
plumatam. Musculos circa corpo-  
ris superficiem separatos, interiores  
albidos: quod si exteriores liueant,  
quod ui frigoris fieri uidetur, bo-  
nam secuturam aestatem rustici ap-  
ud Heluetios coniiciunt.

Locus.

*Aquis* tum, ut earum frigiditate  
congenitam intemperiem, quae ca-  
lida est, contemperent tum, ut pa-  
bulum quoque naturae suae et pa-  
lato conueniens illic quaeritent,  
gaudent inque iis maximam tempo-  
ris partem uersantur.

Vitus.

In *cibo* herbarum aquaticarum ra-  
dicibus et feminibus, uermibus et  
animalium aquaticorum ouis, len-  
ticula inprimis palustri, quam Cre-  
scentiensis anatinam, alii pauarinam  
uocant, delectantur. Sunt, qui pi-  
sciculis et limo uesti nec a uene-  
natis abstinere, quod Scaligero pla-  
cet, uolunt.

Scalig. in  
Theophr.  
de caus.

Plantar.  
l. 2.  
Partus.

Quantum ad *generationem*, tan-  
tae sunt auctori de natura rerum  
salacitatis, ut plures mares solam  
foeminam certatim concundo occi-  
dant. Mense Martio et in sequen-

te concumbunt. *Pariunt* iuxta a-  
guas et rigua, pulli exclusi statim  
recondita quadam natura aquam  
prosequuntur et mox, ut ouum ex-  
eunt, tanta agilitate uigent, ut, e-  
tiam si matrem mori uel alienari  
contigerit, sine nutrice uiuant. Su-  
per omnia autem est earum ouis sub-  
ditis gallinae atque exclusis admi-  
ratio, primo non plane agnoscentis  
foetum, mox incertos incubitus fol-  
licite conuocantis, postremo la-  
menta circa piscinae stagna, mer-  
gentibus se pullis natura duce.

Plin. H.  
N. l. 10.  
c. 55.

*Vocem* anatum auctor Philomelae  
per tetrinire exprimit. Scaliger  
quiritaticem adpellat. Foemina  
crassior est, maris acutior.

Vox.

Lente ob crurum breuitatem *ince-  
dunt*, ad natandum potius apti.

Incesus.

*Ingenium* ipsis cum anseribus fere  
commune, aquilarum quomodo de-  
clinare soleant ictus, Aelianus de-  
scribit. Merguntur, dum inuolant,  
et sub aquis natando ex alio loco  
extra aquam eminent. Cum sese a-  
quis mergunt, plumas, cum pennas  
rostro purgant diuque et multum  
alas excutunt, uentos spondere  
Theophrastus, Aelianus et Plinius  
tradunt. Ventris et intestinorum  
in bubus dolorem uisu natantium a-  
natum leuari, easdem maiore pro-  
fectu mulos et equinum genus  
conspetu suo sanare Columellae et  
Vegetio placet.

Theophr.  
de signis  
uentor.

Aelian. H.  
A. l. 7. c. 7.

Plin. H.  
N. l. 18.  
c. 25.

Columel.  
R. R. l. 6.  
c. 7.

*Ufus in cibis* notus est. Cato  
Censorinus aegrotis etiam, teste Plu-

Ufus.

Plutarch.  
tar. in Catone.

tarcho, praescribi iussit, duram, concoctu difficilem nec laudati succi esse apud Hippocratem, Galenum et alios legere est. Alii anserinae praeferunt. Alexander Benedictus in peste damnavit. Fracastorius lue venerea laborantibus prohibuit. Pectus et ceruicem laudat Martialis, caetera danda coquo.

Gell.  
Noct. Atticar. l.  
17. c. 16.

Vsum in medicina superius etiam adtigimus. Mithridates Ponti rex solitus earum sanguinem miscere medicamentis, quae digerendis uenenis ualent, ipse talium medelarum usu ab intestinis epularum insidiis cauebat. Idem sanguinem a cerebro defluentem infusus † sinit. Aldeps per clysterem injectus dolo-

† Plin. H.  
N. l. 10.  
c. 6.

rem sedat colicum et emplastro ad pleuritidem apud Myrepsum immiscetur. Fimum Villanouanus utiliter moribus uenenatis imponi scribit. Chineses adeo numerosa agmina alunt, ut saepe XXX. excedant, his in euellendis noxiis oryzae herbis utuntur. Quae Campulgorus de anate cum tredecim pulis mense Decembri festo Nicolai in Gallia prope urbem Redonensem templum tempore miscae ingrediente et aram circumeunte ac unum pullum ibidem relincente (nescitur, quo is se recipiat,) scribit, an fidem mereantur, penes lectorem iudicium esto.

## ARTICVLVS II.

### De Anate Domestica, Indica, Lybica et Cairina.

**A**NAS DOMESTICA Graecis *πτην αινεργος*, Arato *κατοικιδιος*, interdum alba, aliquando cinerea, saepe compositi ex utrisque coloris inuenitur. Inter marem et foeminam hoc est discriminis, quod ille plumas in uropygio uersus caput subrectas habeat. Quod tam acutam et magnam uocem edit et tam diu caput sub aqua tenet, asperae arteriae debetur, qua bifariam in pulmones deuaricatur, uesicam quandam duram et concavam, quae, ubi maior adparet, dextrorsum uergit, habet. Famis aliquando et pestis praesagae domesticae, mansuetudinis oblitae syluas cum gallinis, anseribus et pauonibus petiis dicuntur.

ANATIS INDICAE tres descriptiones habentur. Primae caput, quod auctum plumis in summitate cristam plumeam candidam per totam colli longitudinem, quam, cum excandescit, erigit, gerit, sanguinis instar rubescit. Totum collum callosa et incisuris distincta caro est. Rostrum totum caeruleum. Collum, qua corpori iungitur, circulo plumeo nigro, rara pluma alba, maculosa, per ima angustiore, per

summa latiore nitescit. Extremae alae atque cauda cum splendore, ut in cantharidibus, uirescunt. Foemina non ita uariegatur, mari alioquin similis. Alterius caput albicabat. Rostrum, crura, cauda et alarum longissimae pennae atri coloris erant. Collum supremum angusta linea nigra ambiebat. In tertia nihil singulare adparet, tuberculum rubrum rotundum si exceperis, quod posteriori rostri parti et cruribus insidet. Id ipsi cum anate maritima Rondeletii, cuius rostrum et crura rosae syluestris colore rubent, caput non sine uiridibus maculis nigris, commune est.

NB. De anatibus Indicis uide etiam mantissam. Num. 10.

LYBICA, ut a Bellonio describitur, media est inter anatem et anserem magnitudine. Rostrum habet breue, latum et in extremo aduncum. In capite inter duo nasi foramina tuberculum cerasi instar rubidum. Tempora sine plumis, cute corium rubrum praefereunte. Genitale sanguinis instar rubrum, tam magnum, ut digiti unius crassitiem, quatuor uel quinque longitudinem aequet.

quet. Vocem interruptam tanquam male adfectos pulmones haberet. Quam Aldrouandus describit, rostrum denticulatum habebat toto corpore nigrescens, pectore duntaxat paulo albicante. Scaliger Indicam uocat et nullam emittere uocem, oua, quae unicoloria, fusca, rotunda pene sunt, si ad solem despicias, eandem in summo nigredinem, quae in earum rostris est, habere adiicit. Si duas nostrates singulis maribus destinaueris, magnum numerum ouorum pariunt. Sed pulli geniti nullam sobolem procreabunt, si Augustino Gallo credimus. Anatem CAIRINAM et marem et foeminam descripsit Aldrouan-

us. Mas, qui foemella maior, habet rostrum, qua capiti coniungitur, ualde crassum et tuberosum in hamum tandem acutum et curuum desinens, nigricans fere, sed prope finem rubidum, caput atrum et cirratum, guttur sub rostro punctulis subcandidis interstinctum. Corpus totum fere atrum. Crura breuia, sed robusta. Foeminae rostrum erat minus tuberosum, qua capiti connectitur, linea partim alba, partim rubra satis lata distinctum. Macula illa, quae in maris rostro rubra, cinerei coloris erat, cui nonnihil rubri admixtum etc.

ARTICVLVS III.

De Anatibus Feris in genere et in specie de

Querquedula.

Anatum ferarum multae sunt differentiae. Nam, ut de illistaceam, de quibus acturi sumus, sunt in insula S. Ioannis in America albisimae, capite rubeo. In Ancyra aliae, quae uoce cornuum sonitum imitantur, libertatis ita amantes, ut per totum etiam triennium in corte nutritae, si occasio detur, erumpant. Caeterum latirostris omnibus corneus quasi in extremitate unguis est, quo cibos adprehendunt, dentium loco striae circa rostrum asperiusculae, membranae pedum in extremo ferratae.

Videbis ipsas pasim, in septentrionalibus tanta copia, ut fere cunctas aquas operire uideantur, in iis tamen imprimis, quibus subterraneae uenae calidam exhalationem subministrant, quas apertas circulari et obliquo natatu feruare conantur, si uehementia frigoris uincantur, uastum mare pro statione petunt. Migratorias esse et ad Xanthum fluuium aduersus coruos pugnare quidam credunt. Hyemis tempore aut in ripis fluuiorum aut piscinarum aggeribus aut paludum frutetis latere aut sylvarum propinqua hortorumque praesidia petere

uerisimilius esse existimo. Sane omni alicubi tempore conspiciuntur. Quae in Tugurino lacu uersantur, saepe ad uicinum fluuium Silum transuolant. Quia minus ibidem a lupis et uulpibus laeduntur.

Si frequentes et conglobatas ferri animaduertes, quanquam coelo sereno, imminentem expectabis pluuiam, si alas in continente concutiant, uentum instare existimes.

Praecipuae ex illis sunt QVERQVEDVLAE, quae boscaedes et feld. in Aphascaedes dicuntur quaeque in minoribus et maiores diuiduntur. MINORES, quae querquedulae proprie dicuntur, anatibus sunt minores, rostro, pedibus et caetera similes. Gula ipsis alba atris notata punctis, uenter candidus, alae in caesio uiridantes, pedes cum membranis nigris cinerei. Viuas uentre deplumato in colica malum ad se trahere abdomini adpositas experientia docuit. Species plures apud Aldrouandum inuenies, ex quibus Iaponicae priores, quae ad scapulam sunt pennae, rosei obsoleti coloris, sed maculis semilunariis nigris notatae erant. Sequentes par-

Martyr.  
de ut.  
Oceani  
l. 1.

Locus.  
Olaus  
Magnus  
H. Sept. l.  
19. c. 6.

tim albae, partim uirides conspiciebantur, omnium longissimae caeruleo uegetissimo decorabantur colore.

Ad has *ANAS circa kernell* circa Argentoratum dicta, *querquedula cristata* referuntur. *Circia* mergulo paulo maior est, corpore fusco, rostro latiusculo. Calculis et seminibus herbarum aquaticarum uictitat. *Kernell* habet rostrum Indici coloris, caput rufum punctis albis respersum, uerticem nigrum, gulam albam, alas cinereas transuersis duabus lineis albis distinctas. Pectus rufum, crura fusca. *Cristatae*, quam Bellon. in Hist. Aui. 1777, Bellonius colymbim uocat, corpus est rotundum uiriditate gemans, occiput onocrotali instar cristatum, oculi aere polito splendidiore, sub quibus iuxta rictum lata utrinque uisitur macula. Crura breuia, pedes lati, pectus cum capite et collo nigrum, uenter plumbeus.

**BOSCADES MAIORES** sunt aspectu cinereae. Mas in collo radiantēs quasi patonis pennas colore ex uiridi et caeruleo composito habet, torquem circa collum album et in alis uersus uentrem colore splendente sunt, uel *minores*,

quibus caput uiride, rostrum subflauum, uenter ex albo cinereus et uarie maculosus, crura rubentia. Aristophani forte *περιζωσμένας* dictae, uel *maiores*, quae coloribus cum illis magna ex parte conueniunt, et Stertenten, quod rostro fundum fodientes uictum perscrutantur, dicuntur. Amant glandes et auenam. Congeneres ipsis *anates* auctu *gramineae* seu iuncae, Schmitenten dictae, rostro et pedibus nigris, corporis colore dilutiore. Quam Bellonius *anatem torquatam* esse credit et *περιζωσμένην*. Aristophanis, mediae est inter anserem et anatem magnitudinis, moribus anserinis, sed uoce magis obscura, quae ex ouis rusticis inuentis et gallinae subiectis prodiit, dicit, illam Gesnerus picam marinam esse, pedibus palmaris rubescentibus et ad posteriora magis positus, quam caeteris palmpedibus, rostro tenuiore magis latitudine se demittente, quam longiore processu se extendente, quatuor incisuris rubris a summa, duabus ab ima parte fulcata, in colore pallentis ochrae esse adserit.

#### ARTICVLVS IV.

##### De aliis Anatum Ferarum speciebus.

**P**raeter boscaedes sunt et inter anatum ferarum genera *glaucius*, *anas fusca*, *muscaria*, *platyrinchos*, *fistularis*, *caudacuta*, *nigra*, *berle*, *tardone*, *puffinus* et *Penelope auis*, de iis, quorum Aldrouandus lib. XIX. cap. 45. mentionem facit, taceo.

Pro **GLAVCIO**, quem Athenaeus ab oculorum colore ita dici et anate minorem esse scribit, morillanem nobis Gallicum Bellonius obtrudit. Cuius rostrum in margine serrae instar incisum est. Collum circulus quidam coloris albicantis cingit. Caput totum ad mediam colli regionem ferrugineo saturato ornatur. Linguam habet adeo carnosam, ut prope radicem gemina ui-

deatur. Nullum fel, iecur in duos distinctum lobos, quorum unus uentriculo incumbit, intestinis alter. *Visitat* seminibus herbarum, quae in ripis nascuntur, astacis tenellis, limacibus, millepedibus aquaticis et aliis. Congenerem ipsi eam, quae Gallis un tiers, dicit, medio inter morillonem et anatem marem colore.

**FUSCA** a colore dicitur. A media magnitudine quidam **ME DIAM** dixere. Gesnerus eandem cum rothalsa, unde erythrocephali quoque nomen meruit et ueterum Penelope, quod similiter *Φοινικέην* et *ποικιλόδερον* sit, hoc est, collo puniceo et uario facit. Triplicem eius descriptionem apud Aldrou-

Bellon. apud Aldrouand. Ornith. l. 19. c. 38.

drouandum inuenies. Foeminae caput non rubet, sed maculas aliquas flauas habet

*Gesner. in Ornithol.* **MVSCARIARVM** (dicuntur ita, quod muscas capiant) tria sunt genera. *Vnum*, quod laminam rostri superiorem habet plane croceam, dentes utrinque ferratos, membranaceos flexiles, eminentes. Colorem plumarum per totum corpus uarium. Heluetiis muggate. *Alterum* corpore magno, coloris elegantissimi in lacu Podamico circa Constantiam uisitur. Murente et Mosente a palustri coeno uocantur. *Tertium* Miscenis Pillente dicitur, rostro longo, molli et cinereo. Muscis suspenso gradu ingrediens insidiatur et uocem noctu lamentanti similem edit.

**PLATYRYNCHI** seu latirostrae in plura genera disperguntur. Sunt, qui rostrum clypeorum instar conuexum et longum nigricans habent. Et, quia inter uolandum alis suis ita persreperunt, ut sonus crepitaculorum repraesentetur, Schallenten dicuntur. Quibusdam, qui Taschenmaul Heluetis, inferiorem rostri laminam superiorem ita, ut tota intra eam includatur, subire, dentes ab utraque rostri parte molles, flexiles, rectos et omnium longissimos esse adiicit Gesnerus, sunt, quibus idem duplo fere, quam in caeteris, latius habetur idque in mare nigrum, in foemella modo flauescens, modo maculis uarium uisitur. Dantur et platyrynchi *pedibus rubris et alii rostro nigro et plano*, quorum descriptiones apud Aldrouandum habentur. Pertinet ad eos *clangula*, cuius mas secundum oculos, qui pulcri sunt, urineque maculam albam, caput magnum et in nigro uiridans habet, foemina et uirore et macula destituitur. *Fuligula* a fuligineo totius corporis colore ita dicta, cuius rostrum breuiusculum latumque linea alba, alas prope finem transuersim fecat. *Cirrata*, Vollente a corpulentia, gallinae magnitudine, cuius mas apicem in uertice gerit, nigris pennarum cirris conditum,

prope quem pennae utrinque ex nigro uirent.

**FISTVLARIS** a sono acutiore, quem fistulae modo emittit, denominata rostrum habet colore isatidis, circa unguem ductus quasi filanigros, collum nigro rubroque uarium, tergum partim plumbeum, partim rubris nigris que pennis temperatum. In foemellis nihil tale cernitur.

**CAVDACVTAE** rostrum superne nigrum, a lateribus isatidis dilutae imitatur colorem. In foemella cum maculis nigris cinereum, in alis pennae infimae transuersim albae, mediae in nigro gemmantes uiridi et damasceno, extremae nonnullae flauicantes, quae foemellae denegata sunt.

**NIGRA** a corporis colore ita dicitur. Linea alba per eius alarum longitudinem excurrit. Rostrum nigro, luteo et rubro distinguitur. Pedes rubescunt.

**HERLE**, ut Galli uocant, rostrum habet rotundum et in extremo recuruum, rubrum utrinque striatum colore maliauranti, linguam serratam, alas candidas, pedes rubeos, Gesnerus eum inter mergos relegat.

**LA TARDONE** corpus totum esset candidum, nisi alae superius nigrescerent, ubi et linea rubra utrinque conspicitur. Rostrum habet breue, in superna parte rubicundum a lateribus utrinque uersus narium foramina macula nigra notatum, extremitate in aliam unguis instar desinens. Cruras paulo altiora. Torquem, qui pectus ambit, rubrum, cum tota uentriculi regio candicet.

**PVFFINVS** auis est marina, colore fusca, pennis caret, sed plumis tantum ceu lanugine quadam uestitur. Itaque subuolare non potest. Si quando ocyus locum mutare instituit, alarum pedumque extremitate nixus aquas celeriter quasi prorepens praeterlegit. Alga et cochleis uictitat. Sale conditur et tempore quadragesimae editur in Anglia.

**PENELO PEN** auem anatis similem, magnitudine columbae scho-

lia-

liaestes Aristophanis facit. Ion Comicus *Φαινικόλεγον*, id est, phoenicej coloris collum habentem ponit. Gesnerus illam esse putat, quam Germani *Rothals*, Bellonius cannea la teste rousse uocat. Capite est rubro, guttu-

re et pectore nigro, reliquo corporis colore plumbeo, rostro, cruribus et pedibus fuscis. Marem descripsit

Aldrouandus exacte, quem uide.

## CAPIT. IV.

## De Fulica, Cotta et Rallo Italicorum.

**F**ULICA, quam quidam phaenen, quae ossifraga est, esse credunt, quidam ex ueteribus, ut Cicero, erodion, nonnulli cepphum Aristotelis, alii nec forte male *αἰδύνας*, cum a fuligine ita dicatur, putant quaeque Kimeranidiphalaris, Alberto mergus niger et pullus aquaticus dicitur, auis est magnitudine gallinae, colore per totum corpus nigro, in collo et capite nigerrimo, collo oblongo, sincipite glabro, figura ouali, alba pellicula, figura cristaegallinaeae respondente intecto, specie caluitii. Digitis pedum membranae nigrae latae, sed diuulsa adhaerent et utrinque aut ab altera saltem parte secantur. Internodia membranarum semicirculos fere constituunt. Recta pedibus incedit uelociterque currit. Lingua, quam gallinae, mollior, ungues grandiusculi ac nigri. Alae ad reliqui corporis conuexum incuruatae. Ventriculo *lien* adhaeret, una ex parte gracilis et tenuis, altera uero in extremo crassior atque soleae equi instar inflexus, dimidia inglandis latitudine. Lobo *hepatis* dextro folliculus fellis auricularis digiti magnitudine adnectitur. *Pulmones* costis adhaerent. *Intestinum* rectum appendicibus utrinque singulis palmi longitudine extremo sursum reflexo instructum inuenies, si illud in superna parte adspexeris. Oua intus formata et lumbis adnexa iam inde ab hyeme etiam obtinent. Nullum *sexus* discrimen, ut in caeteris auibus, agnoscitur. Sunt tamen aliae aliis interdum in uentre colore magis spadiceo.

*Locis* palustribus et stagnantibus delectatur. Maro *marinas* adpellauit. Herbis et quouis seminum genere uestitur.

*Partus.* Nidulatur humi et ova magnitudine ouorum gallinaceorum aestate

ponit. Cum per serenitatem, relictis paludibus, in sicco ludunt, uapores ab aquis ad imbriferam nubem erigendam sursum adtolli sagaciter odorantur et uentos praefagiunt, ut apud Virgilium legimus. Procellas uoce testari Cicero auctor est. Obscurus quidam, dum alas quatiunt, aquam, dum se submergunt simulque alas quatiunt, uentum praedicare tradidit.

Genus illud, quod *marcol* Frisii audit, cadaueribus pascitur. Oua inter arundines parit, quibus ab incolis, uno relicto, ablatis et, nido perforato, reuersa alia et alia fraudes nescia ponit, donec effoeta exhaustiatur.

Quam Parisienses *diabolum marinum* uocant, colore est tam exquisito nigro, ut penicillo inductus esse uideatur, albam capitis maculam latiore, quam fulica, habet, crura ad se adtrahit.

COTTA Anglorum auis est fulica paulo minor, forma et colore similis. Rostrum tuberculo quodam rubeo insignitur, crura rubent, nulla sincipitis conspicitur macula. Vrinando ad maris usque fundum alga, limo, gramine paruisque cochleis nutritur, piscibus abstinet. Negant eam diutius posse uolare, quam pedis cauo hausta, priusquam uolet, aqua retineatur.

RALLVS Italicorum in eo a fulica differt, quod rostrum habeat nigrum, plus albi in alis et circa oculos coloris, crura subuiridia, caluitium nullum, membranas inter digitos non ita disiectas. Moeistris rure non procul Venetiis distante magnis capitur expensis. A famulis, qui uenaticorum canum uice cothurnis induti per aquas errant, fustibus exturbantur.

Hinc praeda falconum insidiis fiunt.

HISTO.

De la Cerda super Virgil. Georgic. l. 1. Descripio.

Bellonius apud Aldrouand. l. 19. c. 13.

Locus et Vetus.

Partus.

Arat. in Phaenomen. Virgil. Georg. l. 1. Cicero in Progn.

Descriptio.

Plin. N. l. c. 23. Aldrouand. Ornith. 20. c. Locu.

Camp. fulg. mora

Descri-  
prio.

avis Paradyfi, sed et piscator regis dicitur. *Rostrum* ei est nigrum, rectum, in summo acutum, tres digitos longum. *Caput* pronum cum ceruice uiridis coloris transuersis lineis ex albo caeruleis distinctum. Virent et *alae*, sed interior pars plumarum ad purpureum fere uioleaceo dilutum colorem tendit, adspersuntur lucidis aliquot punctis. Per medium dorsum a principio usque ad finem caudae plumae sunt caerulei coloris diluti et ad album inclinantis adeo splendidae, ut oculos etiam uisu immorantes offendant. *Pedes* breues, rubicundi, in quibus duo longiores digiti ad mediam usque partem connexi postea funduntur. *Lingua* perbreuis est, latiuscula ac subrubens. *Oesophagus* ualde oblongus. *Ventriculus* in imo corpore iuxta anum. *Adeps* rufus.

Est et aliud ispidae genus, quod ex India adfertur regulum magnitudine uix superans. *Rostrum* oblongo, tenui, nigro, reliquo corpore ad caudam caeruleo, uiridi et nigro. Cauda pro corporis proportionem longiuscula tota fere nigra. Pedum constitutione cum superiore eadem. Solitaria est et in agro Bononiensi, Heluetia, et alibi media hyeme circa ripas glacie concretas reperitur.

Locus et  
Partus.

In arena uel scopulo aliquo iuxta aquam nidificat. Nidum forma

rotundum, eminente in angulum foramine exiguo, ex floribus arundinum, mollem construere aunt. Pullos interdum nouem in nido uno reperiri.

Pellis eius cum pennis adseruata peculiari ui aduersus *tineas* pollicere creditur. Non tangi fulgure domum, in qua eius nidus suspensus fuerit, nugantur quidam. Moschi instar cum pullis suis suauiter olere *Tragus* prodidit. Suspensam pennas quotannis tanquam in uiuo corpore murare falsum comperit Aldrouandus.

ROVSSEROLLE seu rouchet Gallorum, alcyone uocalis est Bellonio. *Rostrum* habet ferratum, picae Graecae seu collurioni simile. Plumae capitis longiores cristae quandam speciem prae se ferunt. *Nidum* si quis inuersum adspiciat, ad arcem primo intuitu referre uidetur. Sena ut plurimum oua parit et quinque sexue excludit pullos. *Cantu* adeo ualeat, ut omnibus canorus a Bellonio praeferatur tamque in eo indefessa, ut dies et noctes absumat, tam seria, ut uacillet totoque corpore tremat. Inter reliquas uoces has inprimis proferre uidetur: toro tret, suis, huy, tret. Aristophanes eius cantum expressisse creditur.

## TITVLVS II.

### De Aquaticis Fissipedibus Insectiuoris

#### CAPVT I.

### De Arquata, Crece et Totano.

**A**rquatam ab arcuato rostro sic dictam, numenium ueterum, qui forte a neomenia, quod rostri figura arcum lunae recens a nouilunio crescentis in cornua repraesentet, ita dicitur, esse Gesnerus credit, Bellonius elorium Aristotelis coniicit. *Rostrum* habet circiter octo digitos longum, post tres di-

gitos flecti deorsum incipiens nigrum. *Pennas* coloris fusci uarias et maculosas, ex quibus maxime fulgent instar serici uilloso, quae inter alas et dorsum sunt, in medio nigrae, in circuitu per interstitia subrufae. *Digitus* sunt fissi, sed aliquatenus membrana coniuncti, quae etiam utrinque iuxta digitos descendit